



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fortitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A circa manus tuas paraphrasim hujusmodi subiungit : Cum mihi dederit Deus occasionem bonorum operum armillas circumdat manibus meis. Diffundebantur ad posteros gestamina hæc, quo minores ad imitandas majorum suorum virtutes invitarentur. Hinc apud Tranquillum legas, C. Caligulam vetera familiarum insignia nobilissimo cuique adempsisse, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Pompejo Magni cognomen,

ARMILLÆ. CAP. XXXIII.

Armilla non humeris tantum decus afferebant, verum & brachia decorabant. Es vero ita dictas volunt veteres etymologici, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant, inde arma, quacunque ab illis dependent, vel iis alligata sustinentur. De armillarum donis habetur apud Livium X. ab Urbe cond. post victoriam è Samnitibus ad Aquiloniam, à Papyrio quippe Sp. Nautium, Sp. Papyrium fratris F. & quatuor centuriones manipulumque hastatorum armillis aureisque coronis donatos. Idem ibi centuriones, militesque atque equites, corniculis armillisque argenteis donat. Et Decius Tribunus observatum ex obfisione præsidium Romanum, dissipataq; Samnitium castra, aurea corona ab A. Cornelio Cossio donatus. Aurea vero corona erat quæ castrensis, ex auro quippe in valli speciem fabricata, quæ dabatur ei, qui hostium castra pugnando primus introisset.

Unde Præfatus est armillas vocat, Armillæ etymon, & dona.

DE ADAMANTE. CAP. XXXIV.

Hinc sermonem transtulimus ad Adamantem, quo super multa vitio citroque dicta sunt, dum tu ea quæ passim prædicantur, quæque lætione laboreque tuis super acquisieras, commemorares. Verum ea, quæ tu meministi, quæque tu opte studio consecutus es, hic repetere superfluum judicavi, quare ea tantum, quæ paucissima illis ego addideram, recensebo.

Nempe ex particula privativa, & dicitur, domo quod indomitus.


FORTITUDO. CAP. XXXV.

Non temere scilicet Adamantem pro fortitudine proponi, cui robur indomitum visque insuperabilis, nomen merito fecisset: quippe qui lima, scalpro, & malleo duritia inenarrabili resistat, quodque omnium maxime admirandum est, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus evadit, neque calore quidem admisso: unde Græci ex ipso nomine à re imposito, gemmam indomitam intelligi voluere. Per hanc vero eam fortitudinis virtus ostentatur, qua quis ea, quæ adversa acciderint ferendo pervincat, secundis nihil quicquam immutetur, atque, ut apud Horatium est, rebus angustis animosus atque fortis appareat, idemque vento secundissimo turgentia vela contrahere sapientia duce didicerit. Quinetiam id insitum divinitus habere fertur Adamas, ut mentem animumque gestantis vano metu liberet, ut superba etiam fortunæ responsare suadeat.

Ab Horatii, i. epistola, sic Hieremie cap. 17. peccatum Juda scriptum est, stilo ferro, in ungue Adamantia Virg. 6. Æn. Cur Adamas dicitur Pluto.

INEXPUGNABILIS. CAP. XXXVI.

Transit & in communem locum significatum hujusmodi, ut tam de animi fortitudine, quæ virtus sit, hoc est, honesti justique causa concepta, quam etiam de obturata aliqua mentis destinatione, quæ nulla queat ratione loco dimoveri, possit intelligi, eaque de causa Ditis pectora Adamantina fingi, & apud inferos solido ex Adamante portas & columnas esse, atque ita demum omnia dura & implacabilia, ejus lapilli elogio significari. Adamanta quidem Plutonem Theocritus manifeste nuncupavit Pharmaceutria:



Ἐὐδὴ ἀγρὺν καὶ τὸν ἀδα κινῆσαι π' ἀδάμαντα. Propterea enim dictum hoc nomine ajunt interpretes, quod durus sit & inexorabilis: ajunt enim hoc eam particulam intentionis esse, atque ita Plutonem mirum in

hunc